



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De humilitate ad proximum. Cap. XXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

bilia agnoscimus, tam in naturalibus defectibus quam fortis, & maximè culpabilibus & vitiosis diligenter attendamus, ut ex eorum intuitu apud nos humiliemur. Secundò in nobis simus humiles, mores & gestus humiles habendo, & verba humilia & responsa. Vnde *Ps. 34, 14* David, *Quasi lugens & contristatus, sic humiliabatur.* Tertiò, ut in humiliis obsequiis, operibus, & officiis nosmetiplos exercemus, in quibus apparet vilitas, & quæ alij horrent & despiciunt: ut fortes purgare, rusticalia opera facere, & vestibus vilioribus contentos esse, & cibis & aliis similibus. Vnde David, *Ludam.* *Reg. 6, 24* & vilior siam plusquam factus sum, & ero humili in oculis meis.

### *De humilitate ad proximum.*

#### CAP. XXXI.

**A**D proximum debemus esse humiles. Primò, meliores & digniores ipsos nobis reputando, non eos despiciendo vel temerè iudicando. Vnde Apostolus ad Philippenses, *Huius militate superiores sibi inuicem arbitrantes.* *Phil. 2, 3*

Secundò, honore exteriori inuicem præuenientes, reverendo, inclinando, locum primum ubique præbendo, non eis detrahendo, sed obediendo, obsequendo, promouendo: & eos apud cæteros exaltare, & facta eorum commendare, laudare, & extollere, dummodo bona sint, & mala eorum tegere non sint sed purè.

Tertiò, patienter eorum infirma opera tolerare, & læsiones sustinere, si quas inferunt nobis, & malum pro malo non reddere: nec odiū, nec iurgia, nec clamores contra eos exercere, & correptiones eorum patienter recipere.

Psalm. Cùm mihi molesti essent, humiliabam *Psal. 34, 12* animam meam. Item proximorum alij sunt æquales

æquales nobis, alij superiores, alij subditi. De æqualibus plana est regula prædicta. De super-

Mel. 13, 17

rioribus addit Apostolus; scilicet, Obedite præpositis vestris & subiacete eis. Obedire pertinet ad impletionem iussionis eorum, subiacere & humiliiter eis subesse; quasi vicaris Dei,

Regulæ

tres omni-

bus Præla.

teris obser-

uandæ.

Ecli. 32, 1

1. Thes. 1, 7

Zac. 22, 27

omni subiectione secundum Deum. De prelatis ergo tres regulas nota: Prima Ecclesia sit.

Rectorem te posuerunt, esto inter illos quasi unus ex eis. Secunda ad Thessalonicensium. Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nunc

foueat filios suos, &c. Tertia Eusebius. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. secundum has tres regulas rector inter subditos

sit quasi unus ex illis communis in victu, in vestitu, in labore, & in aliis exterioribus. Sicut

parvulus in medio eorum; ut ex hoc quod

præcepit eis non putet se sanctiorem, vel aliis sa-

pientiorem vel digniorem: sed viliorem & ob-

ligatiorem in reddendo rationem pro se & pro

illis. Sit quasi ministrans in medio eorum, in-

firma eorum portando & curando & exemplo

præcendo.

### De humilitate ad Deum.

#### CAP. XXXII.

**A**D Deum debemus esse humiles. Primo

ut ipsum esse Deum ac Dominum & iu-

dicem nostrum humiliiter cognoscamus, & ei

in omnibus obediamus, sicut servi domino

suo, & opus factori suo: & si peccaverimus ei,

ut citò & dignè pœnitamus, & satisfaciamus,

& emendemus. Secundo, ut flagella eius hu-

militer toleremus, & non remurmuremus cor-

repti: sed iustum eius iudicium commende-

mus, & nos correptione dignos agnoscamus,

dicendo: Iram Domini portabo, quoniam ipsi

pecca-

Mish. 7, 9